

12 DISPUTATIO IURIDICA.
DE
TESTAMENTIS.

Desumpta ex Lib. 28. Tit. 1. § seqq. ff. eod.

QVAM

Supremo Auspicante Deo
AVTHORITATE ET
CONSENSV,
NOBILIVM, STRENUIORVM,
MAGNIFICORVM, CLARISSIMO-
RVM ATQVE CONSULTISSIMORVM
VIRORVM, &c.

MAGNIFICI DOMINI RECTORIS, &c.
SPECTABILIS DOMINI DECANI, &c.

Dominorum Seniorum inclytæ Facultatis Iuridicæ,
S. C. M. Consil. &c. adeòq; totius Amplissimi IC.
Collegij in Antiquissima ac celeberrima
UNIVERSITATE VIENNENSI,

P R Æ S I D E

Nobili, Clarissimo, ac Consultissimo Viro,

DOMINO FRIDERICO Gruner/

J. U. Doctore, nec non in præfata Universitate
Pandectarum Professore ordinario, &c.

*Domino Fautore, ac Promotore suo colendissimo,
publicè discutiendam proponit*

JOANNES FRANCISCUS FÆZER,
AUSTRIACUS VIENNENSIS, J. U. S.

^{1.} *Idibus Junij.*
Die ~~Idibus~~ ^{Idibus} ~~Junij~~ Anno M. DC. LIV. horis pomeridianis consuetis,
in Auditorio Dominorum Iuris-Consultorum.

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typis Matthæi Richtij.



el sel
s rds rds

CONTINUATIO.

Dostquam Imperator. Iustinianus exposuerat, quemadmodum & quibus actionibus petantur Res, vel nostræ, vel nobis debita, aut ex contractibus, aut reliquis viventium actionibus descendentes: Nunc transitum facit ad modos, quibus res vniversæ parantur, hæreditatem nempe, bonorum possessionem, arrogationem, & libertatum conservandarum causâ additionem.

THESIS PRIMA.

Testamentum ex eo appellatum, quòd sit testatio mentis (a). Re-
ctèq; à Modestino IC. definitur (b) voluntatis nostræ iusta sententia, de
A 2 eo,

eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

(a) *In princip. Institut. de testam. Wesemb. eodem. ubi dicit verbum mentis hic adjectum esse explicandæ rei gratiâ & ad differentiam aliarum testationum.* (b) *in l. 1. ff. h. t. Vult. ad princip. Inst. h. t. num. 18. vide Vasqu. in præfat. lib. 6. de success. creat. num. 26. ubi IC. definitionem accuratè defendit.*

I I.

Hinc antiqua & vulgaris illa nascitur quæstio (a) testamentum Iurisnè gentium sit, an Iuris civilis? Nos originem Iuri gentium tribuimus, formam & solemnitatem Iuri civili ascribimus (b)

(a) *ad §. sed prædicta. num. 4. Institut. h. tit.* (b) *per ea quæ tradunt Vigl. d. l. Cujac. ad d. l. 1. ff. eod. Wesemb. par. ff. num. 8. Dn. Obr. disput. de success. testam. th. 62. & seqq. novissimè Didacus Spino. à Caceres IC. Hispanus in speculo testamentorum gl. rub. p. 2. n. 20. & alij ab ipso relati.*

I I I.

Testamentum (a) vel est paganum vel militare. (b) vtrumque vel scriptum, vel nuncupativum. (c)

(a) *Codicilli non sunt propriè testamentum, sicut nec*

cut nec falsum vel injustum, vel irritum vel ruptum.
l. 2. §. 1. ff. testam. quemad. aperiantur. Alciat. ad rub.
de leg. 1. n. 4. Et ibid. Bolog. n. 48. Ergone statuto te-
stari prohibitus, puta minor 20. annis, poterit Codicillos
facere? Ita vult. Bl. ad l. ult. num. 7. Codice de testam.
per l. qui filium 74. in D. ad Treb. Raph. Cuman. ad l.
2. ff. de leg. 1. per l. ult. ff. de Reg. Caton. Contrarium
tenet Bart. ad d. l. 2. ibid. Salycet. Castr. num. 2. Fr.
Aret. num. 3. vers. extra gloss. Alex. num. 2. Ripa.
num. 20. Ias. num. 31. Fr. Duarenus in f. Zas. num. 2.
Et alij alleg. à Gras. §. Codicillus num. 2. quorum sen-
tentia communiter recepta est Et verissima. Petrus
Peck. tractat. de testam. conjug. lib. 4. cap. 40. (b)
tt. ff. Et Cod. Et Inst. de test. Et test. milit. (c) l. 21.
vbi Cujacius ff. h. t. l. hac consultissima 21. §. 2. C. de te-
stam. pr. Instit. de testam. milit.

I V.

Prohibetur testari filius familias patre
 quoq; consentiente: (a) etiam in his bo-
 nis, quorū vsusfructus patri non acquiritur.
 (b) Ad pias tamen causas, ex arbitrio Pa-
 tris testari potest. (c) sed emancipari num
 possit ad solam testamenti factionem quæ-
 ritur? quod negandum putamus. (d)

(a) *l. 6. 19. h. t. At mortis causa donare potest.*
l. 25. infra ff. de donat. mortis caus. sed hæc diversa

B

sunt.

sunt. Cujus rei non est ratio illa, quam gl. in Princ. Inst. Quibus non est permis. fac. testam. in verbo promise- rint, adfert: eumq; Aret. Dec. Alciat. & Vigl. ad prin- cip. Inst. num. 8. & 9. refutant: sed illa, quod testa- menti factio publici Iuris est. l. 3. ff. h. t. donatio privati. Quæ verò privati Iuris sunt, privatorum etiam pacta admittunt. Vigl. d. l. num. 9. Dn. Obrecht. Oeconom. donat. simpl. & rel. disp. 4. thes. 38. & seqq. Huic addi potest & illa, quæ à Dauth. in tract. de testam. num. 147. & num. 189. Vult: ad d. princip: Inst: adfertur: quod lex 12. tabb: speciatim loquatur de patrefam: non de filiofam: Glossæ tamen rationem ad probat: Didac- cus Spino. d. spec. testam. gl. rub. p. 4. n. 10. (b) Ias. ad l. nemo num. 2. Cod. qui testam. fac. pos. vbi latiss. hanc quæstionem tractat, Duar. ad h. tit. cap. de his qui testam: fac: poss: fol: 317. Vult. ad princ. Inst: n. 11. Covarr. ad rubr: de testam: p. 3. num: 11. Diss: Vaud: 1. quæst: 1. (c) cap. licet de sepult. in 6. Duar: ad tit. de testam: d. cap. de his qui test: facere pos: Covar: d. l. n. vlt. Vigl: ad d. princ: num: 17. Quæ opinio commu- nis est, & judicando & consulendo exactè servanda monet Covar: d. l. Didacus Spino. d. spec. testam: gl: rubr: p. 4. n. 11. diss: Iob. de Immola, Franc: Aret: ad l. qui in potestate, 6. num: 2. vers. Ex his etiam. Petr. Anehor, ad d. c. licet. Iob: Andr: ad d. cap: si pater de sepult: delib: 6. (d) cum Bal: ad d. l. senium Cod. de testam: Iob: de Imm: ad d. l. 1. §. hoc autem ff. ad Treb: Fr: Aret:

Fr. Aret: ad l. qui in potestate 6. n. 3. vers. sed quæritur ff. d. tit. Dauth: de testam. n. 150.

V.

PROHIBETUR etiam testari servus, (a)
captus ab hostibus (b) damnatus pœna
capitali (c)

(a) *l. filiusfamilias 16. in prin: ff. h. tit. & l. si filiusfam: 19. & l. seq. §. servus. ff. eod. Moribus tamen nostris antiqua servitus est abolita, & alia species Iure novo in Monachis introducta, qui sunt in potestate Abbatis, secundum Innocent: in cap: cum olim. de privil: & æq. ac servi testari nequeunt. Vide Cujac: ad Nov: 5. Eorum tamen testamentum ante monasterij ingressum factum, per ingressum non rumpitur, uti recte sentit Bart: in Aut: si qua Mulier C. de SS. Eccles: num: 7. Fr. Aret: in l. 1. n. 5. h. tit: Covar: de testam. cap. 2. n. 8. vide plenè Fachin: lib. 9. Controvers: 14.*
(b) *§. ult. Inst: Quibus non est permitt: fac: testam: Hostium loco hodie habentur infideles. Christum non agnoscentes. Veluti Turcæ, Sarraceni. Alc: ad l. Hospes, ff. de verb. signif. Gædd. ad l. 3. §. fin: & d. l. Hospes, ff. eodem: Vigl: ad §. ejus num: 2. Inst: d. tit. (c) l. ejus. §. 1. & §. fin. ff. h. t. Quod procedit citra dubitationem de Jure veteri, quo damnati libertatem perdunt eorumq. bona publicantur. Iure verò Novell: quia neq. servi pœnæ efficiuntur, Novell: 22. Cap. 8.*

ex qua desumpta est *Aut. sed hodie C. de donat. int. vir. & vx. neq; etiam ipsorum bona publicantur. Excepto crimine læsæ Majestatis. Novell. 134. Cap. 13. ex qua desumpta Auth: bona damnatorum C. de bon. damnat. existimare quis posset, eos habere testamenti factionem. Ita etiam argumentatur IC. Gajus in d. l. ejus, §. fin. Vide Dauth. Qui testam. fac: possunt. num: 209. Ferdin: Vasq: lib: 3. controvers: cap. 96. n. 2. & 3.*

V I.

IN intestatorum numero etiam habentur impubes (a) furiosus (b) furdus & mutus (c) cœcus (d)

(a) §. 1. *Inst. Quib. non est perm: fac: statuto tamen induci potest ut impubes doli capax vel sagax testamentum facere possit, arg. l. fin: ubi Ias: num: 8. C. de testam: milit: Vigl: ad d. §. 1. num. 1. Cujac: ad lib: 3. sent. Pauli in princ. Dauth: hoc tit. n. 14. declar. 1. Dn. Obrecht. disp: de hæred. Instit. th. 73. diss. Anchar. in cap. quia ingressa, ext. h. tit. (b) d. §. 1. vers. furiosi *Inst. d. t. Controvertitur si furiosus testatus sit, ut vir sapiens & prudens, an valeat ejus testamentum? vale- re multi existimant, uti ex Mantica in tract. de con- ject. ult. volunt. lib. 2. cap. 5. num. refert Dn. Obrecht. d. disp. th. 88. & seq. Nos non valere existi- mamus per tradita ab Obr. d. l. & Duar. h. tit. p. 316. Dissent. etiam Dauth. num. 219. (c) l. discretis Cod. h. tit. (d) l. hac consultissima Cod: eodem.**

V I I.

Surdum & mutum naturâ, Principe dispensante, testari posse communis fert opinio, (a) cui non accedimus (b) idem etiam statuimus de surdo & muto ex accidenti factò, & literarum ignorante (c)

(a) *ad §. item surdus, quem sequuntur DD. ad d. l. discretis C. d. tit. Ferdin. Vasq. lib. 3. controvers. cap. 103. n. 6. & de success. progr. lib. 1. §. 1. num. 171.*

(b) *secut: Vigl. ad d. §. item surdus, num. 3. Obrecht. d. disp. th. 140. Dauth. de test. num. 197. Diss. etiam Duar. ad h. tit. rub. de his qui test. fac. poss. (c) Vig. & Obrecht. d. l.*

V I I I.

Cæcus tamen testari potest, secundum formam à Iustiniano præscriptam: (a) nec vitiatum eius testamentum, si hæredis institutionem præcedant legata: (b) neque etiam pater cæcus inter liberos condens testamentum necesse habet lege hac consultissima §. C. h. t. observare (c)

(a) *in d. l. hac consultissima §. C. qui testam. fac. poss. (b) Ias. in d. l. hac consultissima num. 1. Vigl. ad §. Cæcus. num: 3. Dauth: num 231. requis. 7. Ferdin. Vasqu. lib. 2. illustr. Controvers. cap. 103. num.*

10. *§ de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 13. § 14. Diss. Aret. ad d. §. Cæcus teste ibid. Vigl. Cyn. § Bart. in d. l. hac consultissima 8. (c) Ferdin. Vasq. illustr. Controvers. d. cap. 103. num 11. plures vide apud Dauth. num. 238. limit: 2. Ias. ad d. l. hac consultissima n. 4. contrarium sentiunt, Raph. Fulg. Lud. Rom. teste Ias: ad d. l. hac consultissima: tum quia d. l. hac consultissima §. ex imperfecto Cod. de testam. non loquitur de testamento cæci: tum quia in d. l. hac consultissima, posita forma testamenti à cæco facti, non subiicitur illa exceptio, nisi inter liberos testetur: tum quia d. h. l. hac consultissima, magis est specialis, quam d. §. ex imperfecto. Fulg: § Rom: sequitur Raph. Cuman. in consilio quodam. referente Ias. d. l. qui movetur ferè iisdem argumentis.*

I X.

TEstes esse non possunt, qui sunt intestabiles: (a) Mulier: (b) servus: (c) hæres scriptus: (d) testatoris domestici: (e)

(a) *§. testes Inst. de testam. ord. § ibi DD. quales sunt Hæretici. l. Hæretici C. Theod. de his qui sup. relig. cont. damnati ob carmen famosum. l. is cui 18. §. 1. ff. qui testam. facere possunt. l. 21. pr. ff. de testibus. Vigl. hanc unam intestabilium speciem reperiri notat ad d. §. testes. n. ult. inst. d. t. l. repetundarum ff. de testi-*

de testibus. l. 20. §. eum qui, ff. h. t. ubi omninò textus negativè legendus: tum quia ratio adposita aliàs non conveniret: tum quia è diametro repugnaret. l. Reputandarum 15. ff. de testib. Duarenus ad h. tit. p. 325. Cujac. ad d. l. 20. His adnumerat Cujac. in not. prior. ad Inst. rogatum ad testimonium, si fidem testamenti approbare nolit, ex Gellio lib. 15. noct. Attic. cap. 13. Theoph. n. inst. h. t. Const: Harmenop. lib. 1. Epit: tit: 6. (b) non propter judicij infirmitatem, ut vulgò DD. opinantur, ad d. §. testes, sed quia testamentum publici juris est, cujus communionem mulier non habet. l. 22. ff. de R: J: alias rationes vide apud Vigl: ad §. testes, n. 3. Wesemb: ibid: n. 2. (c) per ea quæ notat Wes: d. l. n. 4. Vigl: n. 12. sed quid de Monachis dicendum? testes esse posse scribunt Iason in l. hac consultissima 21. in pr: n. 6. Cod: de testam: Vigl: ad d. §. testes. n. 12. Vult: n. 17. quos sequimur. (d) §. sed neq; hæres Inst: h. tit: legatarius verò & fideicommissarius singularis benè testes esse possunt. §. legatarijs. Inst: d. t. Sed an in omni testamento tam nuncupativo, quàm in scripturam redacto, quæritur? Duar: ad h. tit: cap: de Testibus 326. tantùm in scripto testamento admittit. Vigl. autem ad d. §. sed neq; Hæres. n. 9. in utroq; placet Duarenis sententia. (e) §. pater in f. Inst: de test: ord: Quis verò domesticus dicatur, non usquequaque expeditum est; Ex vinculo potestatis æstimandum censeo. Vult: ad §. 2. Inst. de Hæredum qualit: & differ. n.

2. *Rœvard: 2. Vari: 8. Cujac: ad l. 22. ff. h. t. Vigl. ad d. §. Pater. n. 7. & 8. vide Don: tract: de testib: Hottom: lib: 9. obs: 10. diff: Duar: 1. disp. annivers: 28. Quaratione & illud verius arbitror, filium emancipatum Patri in testamento testimonium perhibere posse, cum Vigl: add. §. Pater. n. 4.*

X.

REquiruntur autem Iure civili testes numero septem: qui numerus est de substantia testamenti, non solemnitas probatoria: (a) ad id specialiter rogati: (b) animo & corpore præsentem: (c) & testatorem non solum loquentem audire, sed & præsentem videre debent. (d)

(a) *lege, si unus, ubi Ias: n. 5. Cod. de testam. Covar: ad cap: cum esses. n. 8. de testib: Bart: ad l. nemo potest. de leg: 1. & ibid: Fr: Aret: n. 3. Didac: Spino: d. spec: testament: gl. rubr. p. 31. n. 48. diff: Br. sibi contrarius in l. cum quis. Cod: de Iuris & facti ignor. & in l. 1. ff. de cond. & dem: (b) §. fin: inst: d. tit. l. hac consultissima in pr: C. de test. l. Heredes §. 2. ff. eod. Rogatio tamen testium potest probari per duos testes, uti tradunt ex Bl: ad l. comparationes Cod: de fide instrument: & l. 2. Cod: de bon: poss: secundum tabb: Ias: in d. l. hac consultissima n. 3. Diff. Bl. sibi contrarius in d. l. Heredes, quem sequitur Petr: de Anchor: in cap:*

cap: cum esses. ext. h. tit. Nec rogatio in dubio præsumitur, Aret: ad d. l. Hæredes §. in testamentis. Specul: tit: de testam: §. 1. vers: quid ergo. Vasq: lib: 2. de success: creat: §. 13. n. 53. Cyn: ad d. l. hac consultissima n. 11. (c) §. 3. Inst. h. t. (d) l. si non speciali 9. Et ibid: Bl. Cyn. Iason. n. 5. C. de testam. Gothofr. ibid: dissent: Accurs: in l. 2. §. idem labeo. ff. de aq. Et aq. plu. arcend.

X I.

IVra Canonum duos vel tres testes cum Præsbytero Parœciali (a) vel quatuor absque Præsbytero (b) in terris Ecclesiæ quoad temporalem jurisdictionem etiam extra piam causam (c) requirunt.

(a) *cap. cum esses, extra de testam. Ferd. Vasq. l. 3. de success. creat. §. 22. n. 27. (b) arg. cap. licet 23. cap. cum à nobis. 28. ext. de testib. Covar. ad d. cap. cum esses. num. 24. Et alij allegati à Dauth. de testam. num. 428. (c) arg. d. cap. cum esses ext. de testam: Covar. ibid. nũ. 23. Ferd. Vasq. d. lib. 3. de success. creat. §. 21. n. 1. Didac. Spino. d. spec. testam. gl. rubr. p. 31. n. 39. Dissent. teste Covar. Et Vasq. variè Canon. Interpp. alij ut Alc. in cap. novit. extra de judicijs. existimant, decisionem cap. cum esses, solum procedere in foro conscientie, non judiciali. Alij quorum longam seriem recenset Vasq. d. lib. 3. §. 21. n. 1. vers. contrariam, existimant*

D

mant

*mant extra illos duos casus in cap. cum esses, & cap. re-
latum ext. h. t. nullam hac in re differentiam esse inter
Ius Canonicum & Civile.*

X I I.

STatuto tamen vel consuetudine an in-
duci possit, ut valeat testamentum co-
ram paucioribus testibus, quæritur. (a)
Deinde posito, ejusmodi statuta valere, an
comprehendant forenses testantes illo in
loco? in utraq; quæstione affirmativè con-
cludimus. (b)

(a) *Cum Cyn. Br. Bl. Salij. Ias: n. 82. ad l. cun-
ctos populos C. de summa Trin: & fide Cathol: & ibid.
etiam Alciat: ubi ait, ita se habere communem Scripto-
rum sententiam. Ferd. Vasq. l. 4. Controvers. cap. 3. n.
15. Dissent. Iob: And: in addit. ad specul. in tit. de In-
strum. edit. §. compendiose, n. 14. allegans pro sua sen-
tentia Oldrat. Conf: 248. latè Immola in l. 3. n. 2. & 3.
ff. de testam. (b) Ferd. Vasq. d. lib. 4. Controvers.
c. 3. n. 17. Diss. Andr: Fachin. lib. 5. Controvers: cap.
90. in f.*

X I I I.

QVòd si in scripturam redactum est
testamentum, duo necessaria sunt.
Primum ut testes ipsi subscribant,
vel si

vel si non possint, alius eorum nomine (a)
Alterum ut signacula sua testamento ap-
ponant (b)

(a) §. sed cum peculatim. ubi Vult. n. 34. inst.
h. t. l. ad testium. 22. §. si quis ff. eod. & d. l. hac consul-
tissima, d. l. ad testium 22. §. signum, in cuius legis eno-
datione maxime laborant Interpp. Non displicet Co-
nani interpretatio lib. 9. Comment. 2. & à qua non est
alienus Vult. ad d. §. 2. n. 35. licet text. emendationem
non adeò improbet. adde Brissou: de formul: lib. 6. fol:
571. & lib: 7. fol. 571. Vigl. ad d. §. possunt. n. 2. Duar.
ad h. t. fol: 324. Dauth: ad d. l. ad testium 22. §. signum
n. 12. Henric: Bocer: Tractat: de bello & duello, lib. 1.
cap. 25. pag. 14. & seq.

X I V.

UNo contextu debet fieri testamen-
tum, nullo alieno actu interveniente
(a) vnde intricatissima sese offert quæstio
an contractus in testamento celebrari pos-
sint? Negant & distinguunt multi. (b)
nos simpliciter abnuimus (c)

(a) l. 21. §. fin. ff. h. t. (b) prout videre
est apud Dauth: add. l. 21. §. fin: ubi latiss. hanc quæ-
stionem tractat, & varias Interpp: opiniones & distin-
ctiones adfert. adde Vult: ad d. §. possunt. n. 31. Vasq. lib:

3. de success: creat: §. 23. n. 4. Negativam qui tuentur, moventur l. 20. ff. de Verbor. significat. (c) Tum quia contractus est quidam inter vivos actus, Testamentum verò actus ultimæ voluntatis: Tum quia actus extraneus testamenti factionem ingredi nequit. l. 21. §. in omnibus, ibi, nullo actu extraneo interveniente C. de testamentis: Tum etiam quia contractus testamenti pars esse nequit, cum alia testam: alia contractus sit actio: tum postremò quia contractus ad testandi jus nihil pertinere affirmat Vlp. IC. in d. l. 20. ff. de V. signif.

X V.

TEstandi illa solennitas, de qua hæcenus nonnulla, militibus est remissa, Quo jure, an in dubio uti præsumantur, Controversia est. Communis opinio (a) est, præsumi militem voluisse testari Iure communi: (b) à quà nos recedimus (c)

(a) Teste Vasq: lib. 3. de success: creat: §. 24. n. 41. & de success: resol: lib. 3. ad l. de inofficioso. Cod: de inofficioso testam: Hanc communem opinionem sequitur Andr: Geil: lib. 2. observat. 118. num. 16. (b) per l. in testamento in fin. Cod. d. tit. ad quam multis respondet Vasq. d. §. 24. num. 44. (c) d. §. 24. n. 41. cum multis seqq. Vide Dauth: de testamentis num. 41. arg. l. si duobus 37. ff. h. tit: & Henric: Bocerum de jure belli & duelli cap. 23. pag. 101.

XVI.

X V I.

UT miles privilegio militari gaudeat, DD. pleriquè (a) sex requisita adferunt. 1. Vt ense cingatur, 2. in numeros referatur, 3. sacramentum præstet, 4. stigmatè notetur, 5. examinetur, 6. ne sit negotiator. Nos præter illa duo, quæ Vigl. (b) requirit. Primò ut in numero sit relatus, secundò ut sacramentum præstet, addimus tertium: ut in expeditionibus sit occupatus: (c) neglectis alijs requisitis (d)

(a) *Accurs: ad rubr: Inst. h. t. § l. penult. ff. ex quib: caus: major: (b) ad d. rubr. Inst: n. 15. § seq: (c) in pr: l. h. t. l. 1. § l. 15. § l. penult. Cod. eod. (d) non enim tam necessaria existimamus, nec de forma, ut alicujus omisso actum vitiet, cum Vigl. d. l. n. 18.*

X V I I.

Sed quid de militibus nostri temporis, etiamnum gaudebunt privilegio militari? adfirmativa potior est.

Br. ad. pr. Instit: h. t. n. 2. Fab: n. 3. Mynsing. n. 4. Schneid: n. 9. Vigl: n. 11. Geil: 2. observat: 118. n. 2. Dauth: de test: n. 8. §. ad hoc enim, Sc. Wesemb:

E

Conf:

Conf: 17. num: 32. Ioh: Vaud: 1. quæst: 55. Ioh: Gædd: in Comment: de contrahend: & com: stipul: c. 7. num: 302. & seq: ubi ait, hoc obtinere non tantum in ijs militibus, qui adversus Turcam & alios infideles militant: sed qui observatis quibusdam constitutionibus virtutis causâ extra fines Germaniæ in Galliam, & alia Regna deducuntur, cum id certis quibusdam conditionibus, publicâ Imperij lege permissum sit. Noe Meurer in locis communibus, der Reichs Abschiedt / sub tit: Von des Reichs Hauptman vnd Kriegsbe- werbung. Henric: Bocer: in tractat: de Iure belli & duelli lib. 1. cap. 28. Diss: Guilhelm: Bened: in re- pet. cap. Raynutius p. 1. verb. matrem nomine cleram n. 10. & latiss. verb. testamentum. n. 21. usq; ad n. 46.

X V I I I.

DE militibus limitaneis, qui in finiti-
mis hostium locis, ad repentinas in-
cursiones intenti sunt: itemque Præsidia-
rijs, qui ad Provinciæ quietem aluntur, &
in propugnaculis Principum versantur,
magna controversia est, an competant pri-
vilegia militaria? & competere quoque
magis est.

*Cujac: consult: 49. & in not. poster. ad l. h. t. &
quem sequitur Gothofred: ad d. l. penult: Cod. h. tit. Ob-
recht. diss. de disciplina militari th. 822. & seqq. Vide
Henric:*

Henric: Bocer: in d. tract. de jure belli & duelli, d. lib. 1. cap. 28. pa. 131. & seq. Diff. Vigl. ad §. 1. Inst. de testam: milit. 22. Ged. 2. obser. 118. n. 13.

X I X.

Is tamen privilegij non gaudent nostri temporis Equites Melitenses, Theutonici, Hispanenses & similes.

Per ea quæ tradit Obrecht. d. disp. de discept. milit: th. 835. & seqq.

X X.

EX quo etiam sequitur Privilegia militaria non competere mercatoribus vel lanijis, qui castra sequuntur (a) Patronis causarum, Advocatis & Professoribus in Academijs, (b) Clericis (c) Cardinalibus (d)

(a) *arg. l. scriniarios 16. c. h. tit. Diff. Gras. §. testamentū. quæst. 3. n. 6. (b) arg. §. fin. Inst. h. t. Ias. ad l. quanquam n. 4. C. h. t. Vasq. d. lib. 3. de success. creat. §. 24. num. 32. Obrecht. d. disp. de discip. milit. th. 824. Vaud. 1. quæst. 55. in fine. (c) Grass. d. §. testamentum quæst. 5. & per ea quæ tradit Cyn. in l. 1. num. 9. Cod. de Iuris & fac. Ignor. (d) Ias. ad d. l. quanquam n. 5. Diff. Bl. Conf: incip: in primis videndum est, an onus &c. Vbi tenet Cardinales gaudere privilegij*

vilegijs militum in testando, eò quòd militent in sacro
consistorio Papæ.

X X I.

Rogationem testium in testamento
militari non requiri existimamus: (a)
quemadmodum nec illud, ut testes sint in
conspectu testantis (b)

(a) per not. *Vigl. ad §. plane. num. 6. Inst: h. t. Vasq. l. 2. de success: creat: §. 12. n. 44. & lib. 3. §. 24. n. 15. Diss. communiter DD. teste Claro lib. 3. §. Testamentum, q. 58. n. 4.* (b) *Vasq. de success: progressu lib. 2. §. 20. n. 3.*

X X I I.

Miles surdus & mutus naturâ, testari
non potest: (a) idem plerumquè
judicium esto de eo, qui ex accidenti sur-
dus & mutus factus est, litterasque igno-
rat (b)

(a) *Vigl. ad §. quin imò n. 1. Inst. h. t. Obrecht. d. disp: de discip: milit: th: 666. Dauth: de testam. num. 196. vers: amplia. Contrarium sentit Cyn. Salyc: Alex. in d. l. discretis C. de testam. quos sequitur Vasq: de success: progressu lib. 1 §. 1. n. 169. Vbi hanc sententiam receptiorem testatur, & lib. 3. controvers: cap. 103. n. 3.* (b) *Vigl. d. §. n. 2. Obrecht. d. disp. th. 673. Dauth:*

Dauth. d. l. n. 192. vers: porrò cum hæc, Sc. n. 153. & 194. Diss: Angel: Aret: ad §. item surdus inst: qui testam: fac: possunt.

X X I I I.

TEstamentum jure factum, eo usque valet, donec infirmatur (a) quod duobus modorum generibus fit. Primum voluntario testatoris actu. Deinde ijs modis, quibus invito testatore testamentum ejus infirmatur. (b)

(a) *princip. Instit: Quib. mod: testam: infirm:*

(b) *Vide Henricum Bocer: Clas. 2. disp. 9. post Donnellum lib. 6. comment. cap. 16.*

X X I V.

Voluntario testatoris actu testamentum infirmatur: si ipse tabulas testamenti rescindat: (a) cancellet (b) signa ejus amoveat, vel turbet: (c) aliud testamentum condat: (d) etiamsi testator juraverit, se primum testamentum non revocaturum (e) si denique simpliciter revocet prius testamentum coram tribus testibus, vel apud acta judicis, decenniumque elabatur. (f)

(a) *l. penult. C. de testam: l. 1. §. sed consultò*
F *vers:*

vers: Et siquidem ff. de his, quæ in test. del. l. ult. ff. de Injust: Rupt: Et Irr. l. 1. §. si hæres ff. si tabb. testam. nullæ extab. (b) d. l. 1. §. si hæres ff. si tabb. testam. Et c. Et d. l. 1. §. sed consulto ff. de his quæ in test. del. (b) d. l. penult. C. h. tit. l. ad testium 22. §. insignia ff. eod. (d) §. posteriore inst. Quib. mod. testam. infirm. l. 1. Et 2. ff. de injusto, rupto, irr: (e) arg. l. ult. Cod. de non num: pec: Fachin. lib. 4. controvers. cap. 8. in fine, vide Vasq. lib. 1. de success: resol. §. 1. n. 1. Covar. ad rub: de Testam: p. 2. n. 24. Didac. Spino. de testam: gl. rub. p. 30. de revocat. testam. n. 53. cum mult. seqq. Dauth: de testam. n. 89. Sed anceps quæstio est, an sit perjurus? Distinguendum existimo cum Dauth. d. l. n. 95. aut causam revocationis habet; ut puta culpa hæredis, inimicitie inter eos ortæ sunt: vel hæres testatori insidiari cœpit: aut nullam causam habet. Priori casu non est perjurus: at posteriore casu si ultrò jurat nemine cum ipso paciscente, perjurus procul dubio est: at si jurat hærede paciscente, perjurus non est. Vide Dauth. d. l. in fin. Conf. Didac. Spino. d. l. gl. rub. p. 30. n. 84. (f) l. sancimus 27. Cod. de testam. Vasq. lib. de success. resol. §. 2. n. 1.

X X V.

DE eo testamento, in quo quis extraneos hæredes instituit, ardua est controversia, an testator tale testamentum, coram
ram

ram quinque testibus adhibitis, revocare possit, illisque declarare, se velle intestato decedere? qui negant revocari posse, verius existimant.

Arg. d. l. sancimus 27. Cod. de testam. & ibid. Castr. & Fulgos. quos sequitur Fach. d. lib. 4. Controvers: cap. 8. in pr. Adfirmantium sententia communis est, teste ibid. Fach.

X X V I.

INvito testatore infirmatur testamentum, vel ipso jure, vel remedio aliquo judiciali. Ipso jure infirmatur, quando agnatione sui hæredis testamentum rumpitur (a) & capitis diminutione (b) desertione hæredis (c) testatoris irritum fit testamentum: & si militis sit testamentum, in castris factum, post annum missionis (d)

(a) §. 1. *Inst: Quib. mod. test. infr.* & l. 1. ff. *de injust. rupt: irrit: fact: testam:* (b) §. *alio modo inst. d. t.* (c) d. l. 1. ff. *de injusto rup. irr: l. pen. §. 1. de bon. poss: cont. tabb. §. posteriore Inst. d. t.* (d) §. *sed hætenus Inst. d. tit. & l. miles 7. ff. de injusto rup. irrito, &c.*

X X V I I.

DE agnatione Posthumi difficilis est
quæstio, & in ea tot sententiæ, quot
capita: (a) an videlicet testamentum in
quo clausula codicillaris est adjecta, rum-
patur, si posthumus ignoranter fuerit præ-
teritus; nec virtute illius clausulæ sustineat-
ur, quemadmodum sustinetur, in quo
posthumus scienter est præteritus? Et
rumpi tale testamentum æquior & verior
est sententia, non obstante clausula illa co-
dicillari (b)

(a) *uti ex Lud: Rom: cons. 181. n. 1. refert
Andr: Geil: 2. obser: 114. n. 4. (b) Iul: Clar: quæst.
46. n. 2. §. testamentum. Ant: Gabr. 6. commun. opin.
conclus: 7. n. 5. Geil: d. obs: 114. n. 8. Contrarium te-
net Bl. in l. ult. n. 20. Cod: de Iu: Codicill: & ibid. Sa-
lyc: alijq̄ relati à Geil. Gabr: & Ant: Claro dd. locis.*

X X V I I I.

Capitis diminutione maxima & me-
dia irritum fieri testamentum nullum
est dubium (a) de minima res non est ad-
modum expedita. Emancipatione irritum
fieri testamentum tradit Ioh: Fab: (b)
quod Vigl: (c) meritò displicet. Idem
jus est in adoptione (d) arrogatione sola
pagani testatoris irritum fit testamentum
(e) non tamen militis (f)

(a) teste Vigl. ad §. alio modo n. 1. Excipiunt DD. testamentum capti ab hostibus ante captivitatem factum. Sed malè, Vult. ad d. §. alio modo n. 4. (b) ad §. non tamen inst. d. tit. Constant. Harmenop. lib. 5. tit. 5. (c) §. penult. n. 5. Inst. de testam. mil: §. alio modo n. 2. Schneid: n. 8. Vult. n. 6. Cujac: ad d. l. si quis filio inf. ff. de injusto rup. §. irr. (d) d. §. non tamen per omnia inst. d. t. l. 1. §. sed si filiusfam. ff. de bon. possess: sec: tabb: (e) l. qui ex liberis, §. testamento ff. de bon: possess: sec: tabb: Vigl. ad d. §. pen. n. 7. Inst. de testam. milit: §. ad §. alio modo n. 4. Inst. Quib: mod: testam: infirm. (f) l. miles 22. ff. de testam: milit. l. Conficiuntur §. si post factum ff. de Iu: Codicill. §. penult. Inst: Quib. mod. testam. infir. Vigl. ad d. §. alio modo n. 4. §. d. §. penult. n. 7.

X X I X.

Remedio judiciali infirmatur testamentum: primùm quærela inofficiosa: (a) deinde, bonorum possessione contra tabb: (b)

(a) l. Papinianus 8. §. pen. ff. de inoff. testam. Cujac. ad l. 1. ff. de injusto rup. (b) §. emancipatos, Inst. de exher. lib. l. cum emancipatus ff. de bonor. possess: contra tabb.

X X X.

G

Coro-

Coronidis loco hæc sit quæstio, an
militis testamentum, querelæ inoffi-
ciosi subiaceat? negantium opinio potior
est.

*Vigl. ad §. sed si in expeditione inst. de exhered.
lib. 2. n. 3. Ias: in l. sicut certi num. 8. Cod. h. t. & ibid.
Lud: Roman. Vasq. lib. de success. creat. §. 20. num.
171. & §. 24. num. 32. Henr. Boc. in tract. de bello &
duello cap. 22. Diss: Accurs: in d. §. sed si in expeditione
Inst. de Exhered. lib. Cyn. ad d. l. sicut certi. Sabycet. ib.
& Raph. Fulgos.*

PRÆNOBILII ET
DOCTISSIMO DOMINO
DEFENDENTI.

Bella placent alijs, alijs placet inclyta Pallas,
Sed tibi notitiam Iuris habere placet.
Namque tuos studij jam testamenta labores
Ostendunt doctè discutienda tibi.
Pergas constanter, nova sic tibi gloria libris
Crescet, & æternum gloria Patris eris.

Amoris & honoris ergo accinuit

PHILIPPUS KISTENER,
Eichsfeldiacus Hildebranshu-
sensis, AA. LL. & Phil. Mag.
I. U. Studiosus.

EIDEM DOMINO
DEFENDENTI.

Non latitare potest quæsitæ scientia libris,
Sed latitata diu panditur in medium.
Illud testatur mentis testatio clarè,
Quàm Dominus studio discutit eximio.
Hinc studium vigilans, & cura videtur, & omnem
Ipsam notitiam Iuris habere patet.

Ita in sinceri affectûs symbolum
applausit

NICOLAUS HOCKE,
Eichsfeldiacus Hildebrans-
husanus, AA. LL. & Phil. M.
I. U. Studiosus.

EIDEM DOMINO DEFENDENTI.

EN operam Dominus præbet summumque la-
borem,
Approbat & studij pignora certa sui,
Dum testamentum declarat, Iusque legati,
Spectandâ ingenij Iudicijque fide.

Honoris ergò apposuit

GEORGIUS HERMANNVS
THOBINGER, Austriacus Vien-
nensis, AA. LL. & Phil. Magister,
I. U. Studiosus.

Univ. Bial
München

